Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis & singulis. Exhibitas nobis esse litteras binas infrascriptas, primas quidem pargameneas Serenissimi olim Stephani Regis Poloniae manu ipsius propria subscriptas, ac sigillo Regni communitas, certam approbationem fundationis per Nobilem olim Martinum Lyczko
Praepositum Tarnovien. [illegible] Mille florenorum in bonis sortis et haereditatis suae villae Plessow pro instituendis alendisque iuvenibus in Academia Cracovien. fact. Alteras vero papireas transportationem eiusdem fundationis per Generosos Joannem et Raphaelem Lyczkow praedicti olim Martini Praepositi
fundatoris, ex fratre nepotes quemlibet suo pro interesse de praefatis bonis Plessowsk bona haereditaria sua [illegible] villam Righce, quas hic transportationis litteras pro insertis et expressis haberi volumus, in se continentes, sanas salvas illaesas, utrasque omni suspitionis nota carentes: supplicatum nobis est, ut easdem auctori-
tate nostra Regia approbare et confirmare dignaremur: earum vero litterarum [illegible] Serenissimi olim Stephani Regis tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis STEPHANUS Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhiniae, Podlachiae
Livoniaeque etc. necnon Transylvaniae Princeps. Significamus his litteris nostris quorum interest universis et singulis, earum notitiam habituris. Quod cum relatum nobis fuisset, nomine Generosi Petri Lyczko, in [illegible] haeredis, legasse Nobilem olim Martinum Lyczko Praepositum Tarnovien. fratrem suum
germanum, Mille florenos pecuniae in Regno nostro usitatae pro emendo censu reemptionali quinquaginta florenorum, pro instituendis alendisque tribus iuvenibus in Academia Cracovien. committendo eosdemque mille florenos iuxta voluntatem memorati fratris sui, in testamento expressam ipsum Petrum
Lyczko in sorte sua haereditaria bonorum villae Plesshow, in terra et Districtu Cracovien. sitae inscribere obligare ac reformare, sive potius censum illum reemptionalem quinquaginta florenorum singulis annis, ex praescripto ordinationis praefati Martini Lyczko Praepositi pendentem in ac solvendum vendere vel
[illegible] nobis esse existimavimus, ut in rem tam piam et sanctam Ecclesiae Dei ac Reipublicae Regni nostri perutilem consentiremus, ubi quidem supplicationibus [illegible] nomine eiusdem Petri Lyczko, tum etiam totius Communitatis Oppidi Tarnow, nobis factis benigne annuentes, consentimus, ut
ipsam venditionem ac in bonis praefatis terrestribus dicti Petri Lyczko haereditarijs, inscriptionem census memorati reemptionalis, dum per ipsum facta fuerint, ratam et gratam habere volumus. Inscriptiones praeterea omnes hoc nomine a Petro Lyczko coram quibuscunque actis in Regno nostro factas vel fa-
ciendas, tum et ordinationem de erogando dispensandoque censu hoc, a [illegible] memorato Martino Lyczko inscriptum, in omnibus punctis articulis et conditionibus autoritate nostra Regia approbamus, ratificamusque et confirmamus, ac robur suum iustum et debitum [illegible] omnia semper obtinere de-
bere decernimus. Adscribentes et subijcientes censum hunc reemptionalem libertati et immunitati ecclesiasticae. Pro cuius ad constitutum tempus non exolutione, liberum erit eiusdem census dispensatoribus, bonorum memoratorum haeredem sive haeredes pro tempore existentes ad ius tam terrestre
quam etiam spirituale vocare. Hoc tamen cautum esse volumus ne hac venditione census istius servitium bellicum, et alia Reipublicae onera ex illis bonis debita imminuantur, immo vero ut salva semper sint. Quando vero successu temporis bonorum istorum in quibus census hic inscriptus est, haeredes summam
[illegible] Mille florenorum, pro qua census venditus est, istius census administratoribus reddiderint ac persolverint damus integram et absolutam potestatem et facultatem eisdem censum similis emendi, in aliis bonis quibuscunque terrestribus inscribendi assecurandique, nullo alio nostro, vel Serenissimorum Successorum nostrorum
Regum Poloniae Regnique ad id rem requisito consensu. Ita tamen ut semper bona illa in quibuscunque inscriptio illa eiusmodi census aliquando facta fuerit ad praestanda omnia onera nobis et Reipublicae debita teneantur. Porro in eorum omnium fidem et testimonium praesentes manu nostra subscri-
psimus et sigillo Regni nostri muniri mandavimus. Datum Varschaviae in Conventu Regni nostri Generali die tertia Mensis Martij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo primo. Regni vero nostri anno quinto. Stephanus Rex. Cui supplicationi benigne
annuentes, litteras praeinsertas utrasque in omnibus earum punctis clausulis et conditionibus approbandas et confirmandas esse duximus, prout approbamus confirmamusque in quantum iuris est praesentibus litteris nostris. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri
[illegible] Datum Varsaviae die II. Mensis Februarij Anno Domini MDCXIX, Regnorum nostrorum Poloniae XXXII Sueciae XXV. Anno.



Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Exhibitas nobis esse literas binas infrascriptas, primas quidem pargameneas Serenissimi olim Stephani Regis Poloniae manu ipsius propria subscriptas, ac sigillo Regni communitas, certam approbationem fundationis per Nobilem olim Martinum Lyczko
Praepositum Tarnovien. iure Mille florenorum in bonis sortis et haereditatis suae villa Plesow pro instituendis alendisq. iuvenibus in Academia Cracovien. fact. Alteras vero papireas transportationem eiusdem fundationis per Gnosos Joannem et Raphaelem Lyczkow praedicti olim Martini Praepositi
fundatoris, ex [illegible] quemlibet suo pro interesse de praefatis bonis Plesowie bonis haereditariis [illegible] villam Righce, quas hic transportationis literas pro insertis et expressis haberi volumus, in se continentes, sanas salvas illaesas, utrasq. omni suspitionis nota carentes: supplicatumq. nobis est, ut easdem authori-
tate nostra Regia approbare et confirmare dignaremur; earum vero literarum [illegible] Serenissimi olim Stephani Regis tenor de verbo ad verbum sequitur estq. talis. STEPHANUS Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kioviae, Volhiniae, Podlachiae
Livoniaeq. etc. necnon Transylvaniae Princeps. Significamus his literis nostris, quorum interest universis et singulis, earum notitiam habituris. Quod cum relatum nobis fuisset, nomine Gnosi Petri Lyczko, in [illegible] haeredis, legasse Nobilem olim Martinum Lyczko Praepositum Tarnovien., fratrem suum
germanum, Mille florenos pecuniae in Regno nostro usitatae pro emendo censu reemptionali quinquaginta florenorum, pro instituendis alendisq. tribus iuvenibus in Academia Cracovien. committendo eosdem mille florenos iuxta voluntatem memorati fratris sui, in testamento expressam ipsum Petrum
Lyczko in sorte sua haereditaria bonorum villae Plesow, in terra et Districtu Cracovien. sitae in [illegible] obligare ac reformare, sive potius censum illum reemptionalem quinquaginta florenorum singulis annis, ex praescripto ordinationis praefati Martini Lyczko Praepositi pendendum ac solvendum vendere vel
[illegible] annuendum nobis esse existimavimus, ut in rem tam piam et sanctam Ecclesiae Dei ac Reipublicae Regni nostri perutilem consentiremus, utiquidem supplicationibus eadem, nomine eiusdem Petri Lyczko, tum etiam totius Communitatis Oppidi Tarnow, nobis factis benigne annuentes, consentimus, ut
ipsam venditionem, ac in bonis praefatis terrestribus dicti Petri Lyczko haereditariis, inscriptionem census memorati reemptionalis, dum per ipsum facta fuerint, ratam et gratam habere volumus. Inscriptiones praeterea omnes, hoc nomine a Petro Lyczko coram quibuscunq. actis in Regno nostro factas vel f-
aciendas, tum et ordinationem de erogando dispensandoq. censu hoc, a fratre memorato Martino Lyczko inscriptum, in omnibus punctis, articulis et conditionibus autoritate nostra Regia approbamus, ratificamusq. et confirmamus, ac robur suum iustum et debitum [illegible] omnia semper obtinere de-
bere decernimus. Adscribentes et subiicientes censum hunc reemptionalem [illegible] libertati et immunitati Ecclesiasticae. Pro omnis ad constitutum tempus non exolutione, liberum erit eiusdem census dispensatoribus, bonorum memoratorum haeredem sive haeredes pro tempore existentes ad ius tam terrestre
quam etiam spirituale vocare. Hoc tamen cautum esse volumus, ne hac venditione census istius servitium bellicum, et alia Reipublicae onera ex illis bonis debita imminuantur, immo vero ut salva semper sint. Quod si vero successu temporis bonorum istorum in quibus census hic inscriptus est, haeredes summam
[illegible] Mille florenorum pro qua census venditus est, istius census administratoribus reddiderint ac persolverint damus integram et absolutam potestatem et facultatem eisdem censum similem emendi, in quibusvis bonis quibuscunq. terrestribus inscribendi assecurandiq. nullo alio nostro, [illegible] Serenissimorum Successorum nos-
trorum Poloniae Regum [illegible] ad rem requisito consensu. Ita tamen ut semper bona illa in quibuscunq. inscriptio illa eiusmodi census aliquando facta fuerit, ad praestanda omnia onera nobis et Reipublicae debita teneantur. Patrocinorum omnium in fidem et testimonium praesentes manu nostra subscri-
ptas et sigillo Regni nostri muniri mandavimus. Datum Varschaviae in Conventu Regni nostri Generali die tertia Mensis Martii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo primo. Regni vero nostri anno quinto. Stephanus Rex. Cui supplicationi benigne
annuentes, literas praeinsertas utrasq. in omnibus earum punctis clausulis et conditionibus approbandas et confirmandas esse duximus, prout approbamus confirmamusq. in quantum iuris est praesentibus literis. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri
iussimus. Datum Varsaviae die II. Mensis February Anno Domini MDCXIX Regnorum nostrorum Poloniae XXXII Sueciae XXV. Anno.

Sigismundus Rex

Petrus Zeronsky



1629 [illegible]

lit. nu. 93.

[illegible] [illegible]